

- cutere Titium, percussit Mevium.
- 67 Percutens animo occidendi armato pugno, an censetur homicida voluntarius, si percussio cadendo ex altitudine ad petram obierit.
- 68 Error an excuset homicidium involuntarium.
- 69 Incuriam inferens Titio, quem putabat esse Caium, qua pena puniatur. Mandans quando tenetur ex homicidio, si mandatarius erraverit in persona occisi, ibidem.
- 70 Excommunicatus est qui volens percutere unum Clericum, percussit alium.
- 71 Percutere volem, Titium, ac percutens Caium prater eum, tenetur l. Aquila.
- 72 Occidens hominem etiam infidelem est irregularis.

AD AUDIENTIAM. Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam relictam, si non adhibuit diligentiam, quam debuit. Hoc dicit secundum omnes, Communis divisio. Secunda ibi, Quia vero, Et hæc distinguit. Et secundum membrum ibi, Si vero.

- 2 Nota primò ibi, quòd cum in dubijs, eum, qui dubitat an sit irregularis nec ne, debere tutiorem partem eligere, seque irregularem æstimare, & abstinere à ministerio Altaris. Concordat. c. Significasti, il secundo, & cap. Petito, infr. eod. Unde videtur inferri, ut in dubio irregularitas sit præsumenda. Quod tamen non ita generaliter accipiendum est, sed sub distinctione, de qua hic per Abb. num. 2. & Marian. Socin. num. 18. Nam aut agitur ad penam imponendam propter irregularitatem in foro contentioso; & tunc in dubio quis debet potius iudicariò irregularis, quàm e contra. Et ita loquitur Innocen. hic in fin. ab aliquibus peperam allegatus. At enim irregularitatem esse de jure positivo, ut notatur in cap. Nisi cum pridem, de venue. Et idem non debere aliquem in dubio reputari irregularem, quia penæ sunt molliendæ potius, quàm exasperandæ, cap. Pena, de penis, dist. 2. Et sic loquitur Innocen. in foro judiciali, quando agitur ap penam, prout illum intelligit Abb. d. n. 1. Et ita etiam loquitur Speculat. in tit. de legat. §. Iuxta, vers. Quidquid ego, & vers. Generaliter, & ibi Joan. Andr. an addit. secundum Marian. Socin. eod. num. 18. Aut agitur in foro penitentiali ad penitentiam imponendam. Et in dubio debet quis potius reputari irregularis; quoniam in hujusmodi foro tutior pars est eligenda, licet durior videatur. Et idem dicendum ubi agitur in foro quasi penitentiali, puta quia proprie non agitur ad penitentiam, sed ut quis abstinere à ministerio Altaris; quia debemus in tutiorem partem interpretari, ut clarè probatur hic in d. c. Significasti, & in cap. penult. infr. eod. Procedit autem hæc regula de tutiori parte in foro penitentiali, vel quasi penitentiali eligenda non solum in irregularitate ut hic, & in iuribus proximè citatis, verum etiam in omnia materia, in qua possit subesse peccatum, ut per Socin. hic num. 21. Et in excommunicatione est textus in cap. illud, de cleric. excomm. In baptisate, in cap. Parvulus, de consecr. dist. 4. In penitentia, in cap. Si quis postus, & cap. seq. de penit. dist. 7. In Sacramento Ordinis in cap. Veniens, de Presbyt. non baptiz. In matrimonio in cap. Lavenis, de sponsal. Et generaliter ubicumque agitur de præcepto sub culpa mortali in Clem. Exivi, §. Item præterea, de ver-

bor. significat. Rationem differentie inter utrumque forum egregiè assignat D. Thom. in 2. 2. q. 60. art. 4. (Quia ubi non apparent manifesta indicia de malitia alicujus, debet uniusquisque eum ut bonum habere in meliorem partem interpretando quod dubium est; alioquin injuriatur ei, & committit ipsum: nullus autem debet alium contemnere, aut non eum quomodoque inferre absque causa. At verò circa seipsum homo debet dubia interpretari in pejorem partem secundum illud Job 9. Vereber omnia opera mea: eo quòd cum debemus nostris malis adhibere remedium, expedit ad hoc ut securius remedium apponatur, ut supponatur id, quod est deterius.) Hæc S. Th. Idem voluit glos. in cap. un. in ver. Assumere, de serm. quæ conciliando jura in articulo, an quis in dubio præsumatur culpabilis nec ne; (Hoc, inquit generale est, ut ubi vertitur periculum anime præsumatur in deteriorem partem.) cap. Invenis, de sponsal. cap. Presbyteri, 68. dist. Sed circa judicia præsumitur potius justum, vel bonum, quàm e converso, cap. Si quis, 86. dist. cap. Innocentis, 11. quest. 3. cap. Innocentis, 22. quest. 4. & l. Ab ea parte, ff. de probat.

Verum insignem hanc factorum Canonum regulam de electione tutioris partis complures ex recentioribus Theologis ita extenuant, ut ferè ad nihilum redigere videantur: quidam enim affirmant electionem tutioris partis non esse in præcepto, sed in consilio tantum: quidam dicunt eam habere locum tantummodo in dubio facti, vel personæ, non autem in dubio juris: quidam in dubio juris practico non autem speculativo: alij verò opinantur eam regulam esse respicendam ad limites hujus Decretalis, itaut non procedat nisi in materia irregularitatis: alij demum putant eam non habere locum in opinionibus: nam cum utrinque sunt opiniones æquè probabiles, aut una probabilis, & alia probabilior, contentiunt licere unicuique eligere quamcumque opinionem etià omnia probabiliori, & tutiori. Sed has omnes opiniones uti improbabiles, & minime consonas dispositioni factorum Canonum, latissimè confutavimus in tractatu nostro de opinione probabilis quem posuimus in c. Ne inmittas, supra de Constit. præsertim à num. 44.

Secundò nota Clerico licitum esse propriam familiam corrigere etiam verberibus, nec casum mortis inde contingentem illi imputari, dummodo correctio nis modum non excefferit, cap. 1. & cap. Cum voluntate, de senten. excomm. Nam virgis, & loris verberari quis potest, & custodia causa in vinculis poni, l. un. in princip. C. de emendat. serv. Hostien. hic num. 1. S. Thom. in 2. 2. quest. 65. art. 2. Secus verò si excefferit modum in corrigendo; & ita intelligitur hic text. secundum Abb. num. 1. Correctio enim debet esse levis, & moderata, ut l. Sed est quæcumque, §. Si Magister, & l. seq. ff. ad l. Aquil. quia levis castigatio reverentiæ exhibet castigandi: nimia verò asperitas nec correctio nem recipit, nec salutem ut legitur in c. Cum beatus, 45. dist. Debet igitur esse admixta misericordia cum disciplina, cap. Discipulum, ead. dist. cum sapè erga corrigendos plus agat benevolentia, quàm austeritas, plus exhortatio, quàm conminatio, plus charitas, quàm potestas, cap. Licet, 1. c. 2. ead. dist. Concilium Trid. c. 1. sess. 13. Unde non mirum si nimia sævicia ascribitur culpæ;

- 12 ut d. §. Si magister, Dicitur autem levis castigatio si fiat cum cingulo, ut notabiliter dicit glos. 1. hic; quod verum dicit Jo. Andr. in glos. Leviter, num. 7.
- 13 Si cingulum erat molle, sed melius Marian. Socin. exilimat num. 5. Hoc relinquendum esse arbitrio iudicis, in specie qualitate ejus qui corrigitur, videlicet an sit sanus, & robustus, an verò infirmus, vel tenellus: nam castigatio quæ levis esset, in robusto, diceretur gravis inhabili, vel infirmo, ut probatur in l. Quæ actio, §. Si quis servum, ff. ad l. Aquil. & hoc tenet Innocen. in cap. Cum in Magistrum, de elect. & Archid. in cap. 1. super glos. 23. q. 5.
- 14 Similiter censetur levis, vel gravis castigatio ex genere instrumenti; quo utitur quis ad castigandum secundum Socin. num. 5. Non enim eadem ratio habenda esset ejus, qui molli cingulo, ac ejus qui baculo uteretur, nec eadem illius qui percuteretur virga, ac illius qui ferro, aut malleo; Præsumitur enim in dolo, qui castigat ferro, malleo, lignone, vel cultello, ut in cap. Significasti, il secundo, infr. eod. in fin. ibi, (tum ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, quod cum grave sit, non follet levem plagam inferre;) & in l. 1. §. Sed si clava, & ibi per Jacob. de Aren. post glos. ff. ad l. Corneliam, de scar. Rursum spectandum erit in qua parte corporis magister, vel dominus verberaverit; nam si in capite, & inde mors sequeretur, non esset corrigens immunitas ab irregularitate, ut in d. c. Significasti in fin. ibi, (tum ratione partis in qua fuit ille percussus in qua de modico ictu quis lethali ter lædi solet.) Unde in cap. Presbyterum, supra eod. Declaratur irregularis Presbyter, qui quandam puerum intuitu disciplinæ percussit in capite eum post paucos dies expirasset. Secus verò si baculo verberaret manum dando palmatam, ut inquit Socinus ibi supra.
- 15 Demum temporis quoque rationem habendam esse putat idem Socin. n. 8. videlicet an aër sit saluber, an pestifer, seu corruptus. Quibus omnibus probè perceptis iudex arbitrabitur an correctio sit levis, & moderata, nec ne; quod etiam tenet Signorol. Homodocus, cap. 63. Titius Calce, n. 2. qui nu. 6. & 7. concludit iudicem posse per conjecturas arbitrari an quis moderatum castigationis modum excefferit, ut in ferro, & non ligno percussit, & si ligno, quàm acriter, & dorè, & qua in parte corporis; & loquitur in marito, qui calce uxorem percussit; sequitur Menoch. alios citans de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 364.
- 16 De practica autè cognoscendi an magister, vel dominus discipulum, vel famulum percussit animo disciplinandi, & corrigendi, vide Bart. cons. 103. Vitis testibus, per tot. lib. 1. ubi pluribus materiam explicat, & loquitur in magistro, qui puerum cepit per aures, & dedit eum alapam.
- 17 QUÆRO, quibus casibus contrahatur irregularitas ex homicidio, vel mutilatione.

Hanc materiam tractant hic DD. per questiones nihil ferè ex cõclusionibus deducentes, præter Marian. Socin. senior, qui in hac Decretali ubi tractationem invenit de irregularitate magistraliter explicans quid sit irregularitas, unde dicitur, quo jure fit introducta, quod sint irregularitatis species, per quas personas incurrat, quàm ratione fuerit instituta, qualiter, & in quibus casibus in unaquaque specie contrahatur, qui sint irregularitatis effectus, quomodo contra irregularem torquetur libellus, & qualiter irregularitas

removeatur: & sic materiam copiosè, & dilucidè absolvit per decem principales questiones, ad quas poterit recurrere ubi casus acciderint.

Ego verò strictè ad materiam hujus Decretalis omitta divisione quæ habetur in c. Si quis viduam, 50. dist. & per glos. magn. in cap. Sicut dignum, supra eod. Distinguo irregularitatem in duo membra. Alia enim est irregularitas, quæ contrahitur ex homicidio non voluntario, sed casuali, & præter intentionem. Alia est, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, & per se intento, & est dispensabilis: quam differentiam posuit Conc. Trident. in cap. 7. sess. 14. & in c. 6. sess. 24. De alia enim specie irregularitatis quæ ponitur in d. cap. 7. & in d. cap. Si quis viduam; videlicet ex homicidio ad defensionem, agemus in cap. Significasti, il secundo, infr. eod. Circa primum membrum irregularitatis ex homicidio casuali contrahitur in tribus casibus quæ sunt veluti tres regulæ in materia irregularitatis ad quas sicut rivi ad fontem omnes casus particulares reduci possunt secundum glos. in c. pro. in ver. Causam dedisse supra eodem, Sylvest. in ver. Homicidium, 2. num. 2.

Primus casus est cum occidens, vel mutilans factò proprio, aut causam præbens homicidio, vel mutilationi dabat operam rei illicitæ, & hoc primo casu pro regula constituitur, ut irregularis efficiatur, licet homicidii, vel mutilatio contingit fortuito, & præter eius intentionem, & omnè adhibuerit diligentiam. Jura sunt clara in eo, qui occidit manu propria, in cap. Continebatur, supra eod. & infra in cap. Petito, & in cap. De his clericis, 50. dist. Et de eo, qui causam præbuit homicidii, supra in cap. Suscepimus, cum concord. Et hoc pro regula ponit Sylvest. in ver. Homicidium, 2. n. 2. vers. Tertia regula.

Ratio est, quia etià homicidium hujusmodi non sit voluntarium secundum se, quia voluntas directè in illud non fertur; tamen dicitur voluntarium secundum suam causam, quando voluntas fertur in causam, non in effectum, ut docet S. Thom. in 1. 2. q. 77. art. 7. Et ideo quoties culpa præcedit casum ordinatum ad illam culpam, etiam per casum quis efficitur irregularis, c. Presbyterum, & cap. Suscepimus, supra eod. Et hic, cum multis similibus.

- 20 Itaq; secundum hanc primam regulam ex ijs, qui factò proprio occidunt, vel mutilant, irregularis est Clericus, qui venando telum in feram misit, & hominem interfecit juxta terminos respiciendum, §. Delinquunt, ff. de pan. etiamsi omnem adhibuerit diligentiam, cap. Hi qui arbores, 50. dist. dist. Sylvest. in ver. Homicidium, 2. num. 7. vers. Sexto, quia dabat operam rei illicitæ, id est venationi, quæ est Clericis interdita, cap. i. c. 2. de Cler. ven. Secus in Clerico, qui porcos ex agro pulsurus, lapidem jecit, & puerum interfecit: nam cum daret operam rei licitæ, si omnem diligentiam adhibuit circumspiciendo, non sit irregularis, cap. Clerico, 50. dist. dist. Sylvest. ibi supra vers. Quinto, & vide Abb. in cap. Ex litteris, il secundo, infra eod. ubi vult & proiciens aliquid ad locum insolitum, & per quem quis transire non consuevit, non teneatur clamare, ut in l. Si putator, ff. ad l. Aquiliam, aliàs secus: & in cap. fin. inf. eodem; dicit clamantes submissa voce, vel post casum contingentem, non excusari, sicut plerumque rusticiducentes multos post impactionem clamant, Cave, Rur
- 21
- 22
- 23

Rursus secundum hanc regulam irregularis est qui culpa sua incidit in furorem, & demum furiosus existens homicidium perpetravit, cap. *Si quis insaniens*, l. 5. q. 1. & tenet Laud. in Clem. *un. hoc tit* intellige hoc procedere quando existens sane mentis præcognoscere futurum esse ut si certum quid comederet, in talem incidere furorem, ut nihil aliud quæreret, quam homines interficere, aut mutilare, idque experientia ipsa frequenter cognovit, & tamen illud comedit: alias secus; & ita potest salvari glossa in *summa*, l. 5. q. 1. & in d. c. *Si quis insaniens*, quæ absolute dicit hunc non esse irregularem prout contrarias opiniones Laud & glossæ conciliat hic Marian. Socin. n. 31.

Unde si illum, qui sua culpa incidit in furorem, esse quidem puniendum, sed panam iustiori scripsit Tiraquell. in tract. de pen. legum. causa nu. 7. sic intelligens glossam in cap. *Sed hoc forte*, l. 3. q. 2. Anch. & Cardin. in Clem. 1. de homicid. Socin. Sen. hic, licet de hoc levissimis fundamentis hæsitaverit Menoch. de arbitr. ar. iud. lib. 2. centur. 2. causa 325. n. 9. sentiens hunc non esse dignum aliqua pena: quoniam si factio suo effectus est furiosus, mentem alienatam habet ab eo, quod jam facere proposuerat. Quæ ratio inepta est, quia et si delictum non sit in se voluntarium, est tamen voluntarium in sua causa; & furiosus hoc casu non punitur ob culpam criminis ab eo commissi, sed propter ipsius furoris causam, in qua culpam habuit Et propter circumstantiam homicidii, quæ aggravat culpam, ut dixi in cap. *Si constituitur*, nu. 35. supra de accusat. Porro contraria opinio posset tamummodo admitti ubi nulla culpa præcessisset casum: tunc enim infelicitas facti excusatur, ut l. *Insanis*, vel *furiosus*, ff. ad l. *Cornel. de Sicar.* & satis dicitur puniri favore suo, ut l. *Diriv. ff. de offic. Presid.* Unde quod facti furiosus, perinde est ac si quadrupede, vel regula per se cadente fictum esset, ut dicit text. in l. *Sed est quæcumque*, §. *Et ideo*, ff. ad l. *Aquilianam*.

Idem proflus in ebrio, qui dedit operam ut inebriaretur, & sciebat se consuevisse in ebrietate arma sumere, & homines percutere, atque offenderenam procul dubio irregularis efficitur, quia per immoderatam potionem dedit operam rei illicitæ, & ad occisionem periculosa ex his, quæ loquentur accideret ita Marian. Socin. hic n. 36. & Covarr. in Clem. *Si furiosus, de homicid.* in 3. par. sub n. 4. vers. *Posset quidem vera censer.* Et hic quidem casus est extra omne dubium.

Majori difficultas est quid dicendum in ebrio, qui ex simplici culpa in ebrietate incidit immoderate bibendo, & in ebrietate homicidium commisit. Hanc questionem plenè examinavi in cap. *Si constituitur*, n. 26. usque in fin. de accusat.

Ex his verò, qui dantes operam rei illicitæ non manu propria occiderunt, sed homicidio casuali causam præberunt, irregularis efficitur is, ex cuius mandato, consilio, auxilio, vel suggestione fortuito, & præter intentionem sequutum est homicidium, vel mutilatio.

Unde irregularis est mandans aliquem verberari, licet expresse inhibeat, ne occidatur, vel mutiletur, si mandatarius fines mandati excedens occidat, vel mutilat: nam et si olim hoc esset admodum controversum inter Doctores, qui scripserunt ante compilationem texti libri Decretali, un. hodie tamen ita decisum est in cap. *fin. de homicid.* in 6.

28 Item irregularis est qui alicui consuluit, vel suavit jactum machinæ, vel balistæ, aut expugnationem castri, si exinde aliquis moriatur: expugnationem enim castri, & jactum machinæ nimis asidue est occidere hominem. Neque hoc casu distinguitur an quis consuluerit ut castri expugnaretur, an verò ut caperetur provisionaliter, vel furim: siquidè cum illicitum opus consulat, absolute irregularis efficitur, licet casu sequatur inde mors, cap. *Continebatur*, §. 1. & cap. *Presbyterum*, supra eod. & in hoc tandem residet Innoc. hic n. 1. vers. *Sed & qui non consuluit*, cui ad stipulantur Host. n. 5. quia hoc officium non est Clerici, vel Sacerdotis, aut volentis in Presbyterum promoveri, cap. *Suscipimus*, supra eod. cap. *fin. in princip. de postul.* Jo. Andr. n. 3. Butr. n. 6. Marian. Socin. n. 319. & seq. & alij committere.

29 Similiter irregularis est associans eum, qui ibat ad aliquem interdicendum esse, seu subsequuto, licet super homicidio committendo non haberint aliqua verba, vel si habuerint associans illi conatus, est dissuadere, cui tamen associatus noluit acquiescere: unde associans eum comitatus est, ut si necessitas postulare, ipsum defenderet. Doctores in cap. *Sicut dignum*, supra eod. Host. in *summa eod. tit.* §. *Quæpana*, vers. *Quis vadit*, per notata in d. cap. *Sicut dignum*, §. *illi etiam*, §. *fin. idem Specul. in tit. de iud. deleg. vers. Quidsi aliquis vadit* secus si associans in nulla fuerit culpa, quia associavit causa pacificandi, vel ex alia justa causa: nam et si ex eius præsentia aliquod robur accrescat associato, eo quod timor adversarij incutiat, non tamen propterea efficitur irregularis, ut probatur in cap. *Presbyterum*, à contrario supra eod. & tenent Innoc. Jo. Andr. & DD. in cap. *Petrio*, in fr. eod. & Marian. Socin. hic n. 277. facit c. de *occidendo*, vers. *Abst. ut ea*, 23. qu. 5. Et quamvis Specul. tit. de dispensat. §. *intra*, nu. 56. Taberna in verb. *Irregularitas*, 2. nu. 31. & Majol. de *irregular.* lib. 5. cap. 48. §. 1. simpliciter affirmat ad incurrendam irregularitatem satis esse, ut quis interfuerit homicidio, licet non percussisset, non tamen intelligendi sunt de eo, qui casualiter reperitur in loco, ubi homicidium perpetratur, prout illos declarat Rota apud Farinac. *decis.* 260. nu. 3. par. 1. recent. nam huiusmodi interesse scilicet nulla habetur ratio, nisi probetur participatio, cap. *ult. in fin.* 23. q. 8. Innoc. in cap. *Sententiam*, n. 1. in fin. Ne Cler. vel Mon. Feder. de Sen. *conf.* 168. in princ. Paris. *conf.* 152. n. 33. & 30. lib. 4.

30 Item irregularis est, qui suggestionem animi Regis inflammavit, unde homicidium fuit sequutum, cap. *Sicut dignum*, §. *Qui verò*, supra eod. Suggestere autem est insinurare, subministrare, subijcere, vel suggerere est suadere, seu quasi latenter consulere, & proprie decipiendi causa, aut nocendi cui suggeritur, aut etiam alteri, ut per Archid. in cap. *Primatus*, 71. dist. licet quandoque in bonam partem accipiatur, secundum illud Joann. cap. 14. *Ille suggeret vobis omnia*; & ita accipiatur in d. cap. *Primatus*, cap. 17. qu. 1. & cap. *Suggestum*, supra de Decim. cum similibus.

31 In his planè casibus, & alijs quam plurimis, qui adduci possent, irregularitatem incurritur ex homicidio casuali dantes operam rei illicitæ, non tantum sit homicidii committent in manu propria, sed etiam remotam præbeant homicidio; dummodo tamen causa sit ordinata ad homicidium, alioquin

alioquin huiusmodi causam præstans non sit irregularis, etiam si daret operam rei illicitæ, ut est text. in cap. *exhibita*, supra eod. & in cap. *Questum*, de penit. & remiss. & scriptis plenè supra in c. *Proximo*, n. 12. & seqq. & hoc intendunt Innoc. nu. 8., & Doctores hic, dum dicunt homicidium casuale non imputari ei, qui fuit in culpa huiusmodi fuerit levis, id est valde remota, & ad homicidium non ordinata; de quo vide per Abb. in d. cap. *Questum*, & per Sylvest. in ver. *Homicidium*, 2. n. 2. vers. *Potesit addi quarta regula*; & quod latius dixi in cap. *fin. n. 9. infra eod.* ubi an hoc procedat, si culpa levis sit tamen in omittendo; an verò etiam in committendo; & an hoc casu sufficiat culpa levissima ad irregularitatem contrahendam.

32 Secundus casus, in quo contrahitur irregularitas simplex ex homicidio casuali, & non voluntario, est cum quis non adhibet diligentiam quam debuit, & potuit adhibere: tenetur enim de casu fortuito, licet daret operam rei illicitæ, text. est in cap. *Continebatur*, secundum unum intellectum, supra eod. & in cap. *Questum*, in fr. de penit. & remiss. & clarè probatur in hac Decretali: nam hic Presbyter dabat operam rei licitæ, id est correctionis, quæ permissa est etiam moderate verberando, ut dixi supra in 2. notat sed quia non adhibuit diligentiam, quam debuit removendo cultellum, qui cingulo erat annexus, irregularis efficitur ex morte famuli inde sequuta, ut hic notat Hostien. nu. 1. in verb. *Cingulo*. & hæc regula colligitur ex glossa communiter approbata in cap. *prox. in verb. Causam de hisse* supra eod. eamque ponit Sylvest. in verb. *Homicidium*, 2. n. 2. vers. *Secunda*, qui dat operam rei licitæ. Rationem hujus conclusionis assignat gloss. in d. cap. *Questum*, in verb. *Negligentibus*, quia dissoluta negligentia prope dolum est, l. *Si fideiussores*, l. *respon. ff. Mandat.* cap. *Sape*, 50. dist. & habetur pro conscientia, *Camlex. ff. de Aedil. edicto*; qualis est ignorantia iudicorum, qui nolunt intelligere, ut bene agant, §. *ultim.* l. qu. 4. sic cap. *ult.* 27. dist. & quamvis homicidium hoc casu non sit voluntarium directè, quia in illud voluntas non fertur, dicitur tamen voluntarium indirectè, quia voluntas potest illud prohibere, & non prohibet, ut declarat S. Thom. in 1. 2. quæst. 77. art. 7.

33 Hinc inferitur primò, ut quamvis dormiens non incidat in irregularitatem propter homicidium, vel mutilationem commissam in somnis, Clem. *Si furiosus, de homicid.* quia furioso comparatur, ut ibi & in cap. *Maiores*, §. *Item queritur*, de b. p. r. etiam si præcesserit voluntas occidendi ante dormitionem, ut tenet Paul. in d. Clem. hoc tamen fallit si sciebat se aliquando solitum esse noctu dormiendo de lecto furgere, & ensem evaginare, vel similia facere, & nihilominus non peccavit, nec diligentiam adhibuit claudendo ostium, vel removendo arma, ut hic per Marian. Socin. num. 54. Paludan 4. sentent. dist. 32. q. 1. art. 3. Sylvest. in ver. *Homicidium*, 3. q. 4. & Covar. in Clem. *Si furiosus*, par. 1. n. 6. & hunc esse puniendum poena extraordinaria tradit Bart. in l. *penult. ad ff. ad legem Pomp. de p. ar. r. iud.* ut est communis opinio teste Covar. ubi supra, & Claro in §. *fin. q. 6. n. 13. vers. Quæro etiam*, Gulielmus ponebat exemplum de quodam socio suo Anglico, qui dormiendo Pisis in Ecclesia S. Benedicti prope Arnium solum, accessit ad

filiam cuiusdam alibi exilentem, & ibi puerum interfecit, & dromiens ad lectum rediit, ut refert hic Marian. Socin. n. 51. subdens se habuisse Bononiæ vicinam puellam, quæ in somnijs furtivè, & panem fecit.

34 Inferitur secundò, ut irregularis sit Chirurgus si propter eius imperitiam mors secuta fuerit ex incisione, vel adulatione, quam fecit, ut cap. *Tua nos*, §. 1. *infra eod.* secus si adhibet omnem diligentiam, quam debet, non enim efficitur irregularis, quia mors præsumitur evenisse potius culpa ægri, aut alias, quam ex Chirurgi negligentia, vel imperitia, cap. *De occidendo*, 23. q. 1. cap. *Ad aures*, supra de atat. & qual. ubi propterea consulitur medico, quem remordet conscientia, ne ad majores ordines excedat. Idemque dicendum in barbitonsore, seu phlebotomante, & similibus personis, ut tenet Specul. in tit. de dispensat. §. *texta*, vers. *Item exerceat*, & vers. *Falso*, in fin. & Marian. Socin. hic n. 14. q. 2. & seq. & Sylvest. in ver. *Homicidium*, 2. n. 2. vers. *Decimoquarto*.

35 Tu adverte, quia supradicta distinctio, An Chirurgus, vel Medicus sit peritus, & omnem diligentiam adhibuerit, necne procedit in laico: nam cum ei physica, vel chirurgica, ars permixta sit, casus fortuitus non est illi imputandus, si fuit peritus, & nihil omiserit de contingentiis, quia dedit operam rei licitæ, cap. *Dilectus*, cum duobus seqq. *infra eod.* & supra in cap. *Continebatur*, secundum unum illud, nisi probabiliter dubitet ex eius negligentia, vel imperitia aliquem perisisse, quia tunc propter dubium prohibetur à promotione, iuxta text. in d. cap. *Ad aures*, de atat. & qual.

36 At secus est in Clerico, quia cum ars chirurgicæ sit ei interdicta, sive sit in arte peritus, sive non, & sive fuerit diligens, sive negligens, indistinctè tenetur de casu fortuito, quia dedit operam rei illicitæ, ut in regula præcedenti, & de hoc est text. expressus in d. cap. *Tua nos*, supra eod. ubi ille Monachus erat peritus in arte, & omnem adhibuit diligentiam, & nihilominus declaratur irregularis; & reddatur ratio, quia multum deliquit alienum officium usurpando (id est chirurgi) quod sibi minimè congruebat, licet cum eo misericorditer dispensetur. Et quamvis ibi loquatur de Monacho, quia fuit in factio, tamen idem in quolibet alio Clerico seculari eadem ratione, ut illic declarat Abb. in primo not. nu. 2. & Marian. Socin. hic n. 154. Qui propterea dicunt, & bene, quatuor requisita debere concurrere ad hoc ut chirurgus non fiat irregularis. Primum est, ut officium illud sibi conveniat, id est, ut sit laicus, quia Clericis, & Monachis est interdictum, ut in cap. *Sententiam*, cap. *Non magnopere* & cap. *fin. supra Ne Cler. vel Monach.* Secundum, ut sit peritus, Tertium, ut adhibeat omnem diligentiam secundum artem suam. Quartum, ut edoceat infirmum ea quæ sunt necessaria illius ægritudini, quibus servatis eventus mortis ei non imputatur.

37 Inferitur tertio, ut irregularis sit qui tenet animalia, quæ consueverunt nocere, puta ursum, apum, vel leonem, si ab his aliquis interficiatur, & ipse non tenuit illos debito modo ligatos, arg. cap. *Hi qui arborem*, & cap. *Sape*, 50. dist. fuit enim in lata culpa tenendo eos solutos, ut optime probat text. in l. 2. in fin. ff. *Si quoad paup. feciss.* dicitur & concludit hic Marian. Socin. n. 244. alioquin h-

vis culpa, vel negligentia non deberet huic imputari, cum multum remota sit causa ab homicidio, ut Innoc. inquit. 8. Jo. And. & Butr. uterque in ultima quæst. & Specul. in tit. de iud. de leg. 3. l. 1. v. Quod si aliquis, facit quod non. glof. in cap. de occidendo, 23. q. 5. & vide Sylvest. in ver. Homicidium, 2. n. 16. in 24. quæst.

Infertur quartò, ut irregularis sit Clericus qui ad requirendam suppellectilem in puteum à fure projectam, puerum eò dimisit per chordam; si puer disrupto fune ad oram putei refricanti dum sursum traheretur decidens suffocatus fuerit, ut dixi plenè in cap. fin. infra eod. Quibus addi potest me Secretario hanc calum alias contigisse in Sacra Congregatione Concilij. Quidam Clericus ascendit campanile, & dum apprehenso fune manibus, malleo campanam crebro pulsaret in honorem festivitatis, aspiciens campanam demoveri è tabula, cui propè campanam insidebat, descendens, funem sursum traheret: dum autem atraheret, perfunctum funem gravi pòdere onustum, sed nihilominus perrexit trahere, & chordam alligavit trabi, ne pulsando campanam à quoquam lædi, aut impediri posset: mox ad partem imam campanilis reversus, reperit puerum septem circiter annorum moribundum subitus chordam campanæ, qui se canapi appenderat, & sublevatus usq; ad forniceum, cecidit, & paulò post expiravit. S. Congregatio habuit Clericum pro irregulari; quia dum chordam onustam traheret, advertere poterat, & debebat aliquem esse illi appensum, & inde posse illi aliquid nocuere contingere, censuit tamen cum eo miserè ordire dispensandum ad Ordines, & beneficià.

Tertius casus, in quo contrahitur irregularitas ex homicidio casuali est, cum quis homicidium causam præbet animo nocendi: nam ob præviam intentionem tenetur de casu sortito, licet alias daret operam rei licitæ, & causa sit remota, arg. cap. h. qui arborem, & cap. sepe, 50. dist. ita colligitur ex glof. præ alleg. in cap. De cetero, in ver. Causam de disse, supra eod. Et propterea tametsi qui fecit fenestram, per quam aliquis se præcipitavit non sit irregularis, cum causa sit valde remota, & ad homicidium non ordinata, & opuslicitum esset, ut notant in d. cap. De cetero, supra eod. & Marian. Socin. n. 9. tamen secus est si ea intentione fenestram fecerit ut alter se præcipitaret, ut hic per Marian. Socin. n. 237. in fine.

Similiter quamvis Clericus se defendendo in rixa, cui causam non dedit, non sit irregularis, si inimici adversarios superveniant, & aliquem ex illis interficiant, cap. Cum homo, 23. q. 5. tamen secus est ipse poterat discedere, & non discessit, sed adversarios ea intentione retardavit, ut inimici eorum superveniret, & illos interficerent, ut per eundem Socin. hic n. 241.

Eodem modo tenens cultellum in manu, quamvis non sit irregularis si alius se in eum insulerit, & vulnus lethale receperit, ut tenet Anch. in cap. Quæst. 50. omissa, tamen irregularis efficitur, si cultellum in manu tenebat ea intentione, ut alter se in illum impellendo confingeretur, ut hic declarat Marian. Socin. n. 266.

Demum ut alia exempla omittamus, ob eandem rationem quamvis Clericus tradens officia furem petens ut eum puniat citra sanguinis effusionem immunis sit ab irregularitate, licet offi-

cialis occidat, vel mutilet, nec noceat illi, etiam si officiali ad furem convincendum tradiderit inter signa: idemq; sit dicendum de Clericis deponentibus quærelam contra suos malefactores, licet tales vix absque sanguinis effusione valeant coerceri, cap. Tria nos, §. Ad ultimum, & cap. Postulasti, infra eod. cap. Maximianus, 23. q. 3. cap. 1. & cap. Vnum, 23. q. 5. l. Qui maior, §. 1. ff. de bon. libert. tamen hæc procederent si ad mortem non inderent, neque hoc in animo gererent: alias secus, ut quia expressè inflabant ut sint punirentur citra sanguinis effusionem, cap. In Archiepiscopo, infra de raptor. vel in exilium mitteretur, cap. Cum non ab homine, supra de iudic. cap. Norimus, de verb. signifi. vel in perpetuum carcerem deturderetur, cap. Excommunicamus, §. Item, de heret. cap. A nobis, de apst. cap. Non nos, 23. q. 5. & tenet hic Marian. Socin. n. 149. Quæritur ex prædictis infert ut quamvis Clericus expellens latronem de ecclesia iuxta text. in cap. Sicut il primo, 17. q. 4. qui per sacerdotem extrahendus est, ut in cap. Dissimulavit, ead. cau. & quæ irregularitatem non incurrat, quia non dicitur mortitradere, sed lex cap. Cum homo, 23. q. 5. secundum Archid. in d. c. Dissimulavit; hoc tamen vendicet fibulocum, dummodo expellens nullo modo intendere ad mortem, vel mutilationem, ut per eum hic n. 251.

His planè casibus remotio, vel proximitas causæ non multum operatur, sed operatur intentio, ut causa sit ad homicidium ordinata, & in ordinatis procedit regula illa, Quidquid est causa causa, est causa causati, ut l. Mannus, ff. de l. 1. Ex hoc, ff. de iust. & iur. cap. Stude, 50. dist. cap. Si aliquis, & c. Sicut, supra eod. Marian. Socin. hic n. 238. & dixi plenius supra in c. De cetero, n. 12. & seq.

Circa secundum membrum irregularitas ex homicidio voluntario contrahitur cum quis sua voluntate factò proprio homicidium committit, ut in cap. 1. supra eod. cap. Mox, q. dist. sive christianum occidat, sive paganus, cap. Clericum, ead. dist. Marian. Socin. hic n. 177. Aut cum ex intentione, & proposito causam directò præbet homicidio, sive præbuerit causam efficiendam, ut puta mandato, præcepto, vel iussu, ut in cap. 1. de homicid. lib. 6. cap. Sicut dignum, §. fin. supra eod. sive materiale, ut puta ministrando arma, glof. 3. in cap. Ita quorundam de iudic. vel portando ligna pro comburendis hæreticis si ligna hæreticum, combusserunt, Specul. in tit. de dispens. §. Iuxta, v. Quod de hu. etiam si hoc fecerit ut indulgentiam consequeretur, ut per eum, & per Jo. Andr. in dicto cap. Sicut dignum, supra eod. & Socin. hic n. 279. Vel formalem, puta instruendo, informando, consulendo, vel quid simile, ut modus daretur homicidio, cap. Si quis viduam, 50. dist. d. cap. Sicut dignum, §. ult. vel finalem, ut puta per protinij constitutionem ad homicidium committendum, ut explicat Marian. Socin. hic n. 237.

QUÆRO, P. iussit famulo ut interficeret Joannem, famulus putans à se interficere Joannem, interfecit alium, an dictus P. sit irregularis ex homicidio voluntario, vel casuali. Quæstio proposita videtur admodum dubia, maxime ad finem, in quem proponitur, videlicet ut inde colligatur an Episcopus, qui potest dispensare in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homi-

cidio voluntario ad præscriptum c. 6. sess. 24. Concilij Trident. possit cum d. P. dispensare. Pro facilloriam tamen quæstionis solutione premittendū est ex eodem factò posse alterum esse irregularem ex homicidio voluntario, alterum ex casuali, ut declarat Navarr. in Man. cap. 27. nu. 240. Ideo quæ sacra Congregatio Concilij alias consulta an is, qui mandavit aliquem baculo verberari eo expresso ne occideretur, si mandarius armis percussit, & occiderit, intelligatur incidisse in decretum Concilij sess. 14. cap. 7. adeo ut omni ordinatione, ac beneficio, & officio ecclesiastico absq; spe dispensationis perpetuò carere debeat: Respondit non incidisse. Quinimo cum postea dubitatum fuerit an is, qui gravibus ab aliquo affectus iniurijs famulo mandavit, ut illi in facie vulnus leve casum infligeret, si mandarius hujusmodi fines excedens pluribus in ortiferis vulneribus illi mortem intulerit, censetur incidisse in irregularitatem provenientem ex homicidio voluntario: S. Congregatio licet discrepantibus sententiis, tamen majori parte censuit non incidisse in eusmodi irregularitatem, quæ oritur ex homicidio voluntario Et ita in his duobus casibus solus mandarius est irregularis ex homicidio voluntario, non autem mandans; quod etiam tenet Navarr. d. m. p. 240. v. Dixi ab oratore & v. Tam quia mandans vulnerari aliquem. Deinde præmittendum est legem promotionis non animum, sed factum respicere Unde qui omni conatu natus est occidere, sed non occidit, irregularis non est, cap. fin. 15. q. 5. glof. in cap. Si aliquis, supra eod. & hoc etiam aliqua poena sanguinis sic delinquenti irrogari debet, Navarr. d. cap. 27. nu. 211 Tertio præmittendum est ex D. Thom. 2.2. quæst. 64. art. 8. Casum esse in agente præ intentionem, Unde quæ talia sunt, non dicuntur simpliciter volita, licet quandoque possint dici volita per accidens.

His præhabitis videtur respondendum prædictum P. qui mandavit Joannem occidi, cum in personam alterius homicidium sequutum fuerit, esse quidem irregularem, quippe cum causam dederit homicidio, cap. De cetero, supra eod. Sed tamè hanc irregularitatem provenire potius ex homicidio casuali, quam voluntario. Quod probatur primò nam casus eventus ex aliquo opere præter operantis intentionem, vel ab eo non præcogitati, non sunt voluntarii, nisi indirecè, & per accidens, ex S. Thom. in relect. Clement. si furiosus, de homicid. 2. par. §. 4. nu. 10. Respectu autem mandantis homicidium sequutum in aliam personam, quam ab eo nominatam, longè abfuit à sua intentione Igitur quoad eum homicidium non est voluntarium. Secundò, Mandator non tenetur de re gesta per mandatarium, ubi facillimum illi fuit limites mandati observare, Covarr. d. 2. par. §. 1. nu. 2. v. Solet tamen ubi infert ut si quis alteri mandet ut percussit Sempronium extra Prætorium, & ille in Prætorio percussit, mandator non tenetur de hac percussione, in qua percussus egressus est fines mandati. Tertio adducitur textus in cap. Quantum, 50. dist. ubi si aliquis quis furto subtrahitis multam casu confregit, non tenetur l. Cornelia de furt. Et ita infertur ex illo textu, ut etiam si quis det operam rei illicita, non tenetur de homicidio. Prosp. Fagn. in I. par. 5. lib. Decretal.

homicidio voluntario ad præscriptum c. 6. sess. 24. Concilij Trident. possit cum d. P. dispensare. Pro facilloriam tamen quæstionis solutione premittendū est ex eodem factò posse alterum esse irregularem ex homicidio voluntario, alterum ex casuali, ut declarat Navarr. in Man. cap. 27. nu. 240. Ideo quæ sacra Congregatio Concilij alias consulta an is, qui mandavit aliquem baculo verberari eo expresso ne occideretur, si mandarius armis percussit, & occiderit, intelligatur incidisse in decretum Concilij sess. 14. cap. 7. adeo ut omni ordinatione, ac beneficio, & officio ecclesiastico absq; spe dispensationis perpetuò carere debeat: Respondit non incidisse. Quinimo cum postea dubitatum fuerit an is, qui gravibus ab aliquo affectus iniurijs famulo mandavit, ut illi in facie vulnus leve casum infligeret, si mandarius hujusmodi fines excedens pluribus in ortiferis vulneribus illi mortem intulerit, censetur incidisse in irregularitatem provenientem ex homicidio voluntario: S. Congregatio licet discrepantibus sententiis, tamen majori parte censuit non incidisse in eusmodi irregularitatem, quæ oritur ex homicidio voluntario Et ita in his duobus casibus solus mandarius est irregularis ex homicidio voluntario, non autem mandans; quod etiam tenet Navarr. d. m. p. 240. v. Dixi ab oratore & v. Tam quia mandans vulnerari aliquem. Deinde præmittendum est legem promotionis non animum, sed factum respicere Unde qui omni conatu natus est occidere, sed non occidit, irregularis non est, cap. fin. 15. q. 5. glof. in cap. Si aliquis, supra eod. & hoc etiam aliqua poena sanguinis sic delinquenti irrogari debet, Navarr. d. cap. 27. nu. 211 Tertio præmittendum est ex D. Thom. 2.2. quæst. 64. art. 8. Casum esse in agente præ intentionem, Unde quæ talia sunt, non dicuntur simpliciter volita, licet quandoque possint dici volita per accidens.

His præhabitis videtur respondendum prædictum P. qui mandavit Joannem occidi, cum in personam alterius homicidium sequutum fuerit, esse quidem irregularem, quippe cum causam dederit homicidio, cap. De cetero, supra eod. Sed tamè hanc irregularitatem provenire potius ex homicidio casuali, quam voluntario. Quod probatur primò nam casus eventus ex aliquo opere præter operantis intentionem, vel ab eo non præcogitati, non sunt voluntarii, nisi indirecè, & per accidens, ex S. Thom. in relect. Clement. si furiosus, de homicid. 2. par. §. 4. nu. 10. Respectu autem mandantis homicidium sequutum in aliam personam, quam ab eo nominatam, longè abfuit à sua intentione Igitur quoad eum homicidium non est voluntarium. Secundò, Mandator non tenetur de re gesta per mandatarium, ubi facillimum illi fuit limites mandati observare, Covarr. d. 2. par. §. 1. nu. 2. v. Solet tamen ubi infert ut si quis alteri mandet ut percussit Sempronium extra Prætorium, & ille in Prætorio percussit, mandator non tenetur de hac percussione, in qua percussus egressus est fines mandati. Tertio adducitur textus in cap. Quantum, 50. dist. ubi si aliquis quis furto subtrahitis multam casu confregit, non tenetur l. Cornelia de furt. Et ita infertur ex illo textu, ut etiam si quis det operam rei illicita, non tenetur de homicidio. Prosp. Fagn. in I. par. 5. lib. Decretal.

Quartò, homicidium tunc demum imputatur operam rei illicitæ, quando actus ille est ordinatus de sui natura ad homicidium subsequutum. Ita procedit textus in cap. ult. de homicid. in quo disponitur ut mandans aliquè vulnerari sit irregularis, si vulneratus intereat: erant enim vulnera directè ordinata in mortem illius, & ille debuit cogitare hoc evenire posse, cum ut plurimū ex vulneribus mors sequatur, Franc. & ceteri in d. cap. ult. ut dixi supra num. 3. & latius in cap. De cetero, num. 12. & seq. sup. eod. Unde secus est in casu nostro ex quo mandatum ut Titius occideretur, non erat de sui natura ordinatum ad homicidium alterius, nec frequenter solet evenire ut loco unius interficiatur. Cepoll. in terminis nostris in cons. 33. n. 19. v. Nec obstat.

Quintò, in fortiori casu respondet Cepoll. d. cons. 33. cum quis intendens occidere Sempronium, occidit Cajum, esse homicidium culpolum, & non dolosum, & per consequens non voluntarium, cum dolus ex voluntate, & animo proficiscatur; & ideo ibi infertur cum non possit puniri pena mortis, aut corporali, sed tantum arbitraria pro modo culpe.

Sextò, mors personæ præter intentionem mandantis illata non potest dici mandante, nisi per accidens volita, ut pote qui non huius, sed Joannis solius intendebat mortem, & dum famulo designavit Joannem occidendum, utique videtur tacite mandasse, ne alium quempiam ne caret, arg. l. Cum Prætor. ff. de iudic. c. Nome. de præsumpt. præsertim cum versetur in delictis, & materia penali, adeo ut non videantur comprehensivi, nisi expressi, argum. l. Si Prætor. ff. Qui in fraudem Creditorum, l. Creditor, §. Lucius, in fin. & l. Diligenter, §. si manl.

Septimo, confirmatur prædicta conclusio per textum ad hoc notabilem in l. At. Prætor. §. Ita demum, & l. Si quis cum haberet, ff. Quo in fraud. credit. ubi quamvis fraudandi creditum, testamento dat libertatem directam servo suo, nihil facit si verè creditor remanet læsus; si ergo modo me id fecisse animo fraudandi Titium creditorem meum, & postea factum esse ut dicta manumissio cessarit non in fraudem Titij, cui solus iure crediti, sed in damnum Mevij, cuius crediti mei post testamentum meum causati Respondet Jurisconsultus dationem directæ libertatis non annullari. Ratio est, inquit, quia ad hoc ut libertas rescindatur, utrumq; in eadem personam exigitur, consilium inquam, & eventus. Ergo & in casu nostro, in quo ut dictum est in secunda suppositione requiritur non solum voluntas, sed etiam factum, non sufficit ut mandatum quis dederit in injuriam, & damnum Joannis quando damnium non in personam Joannis, sed alterius subsecutum est. Unde ex neutra dictarum personarum incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario: non ex persona Joannis, quia ipse non fuit læsus, non ex persona tertij, quia in eura intentio non fuit directæ.

Octavò adducitur Plov. de irreg. reg. 27. ubi c. ferendo Jo. de Deo decidit, ut si quasi mandet capi unum ex tribus Clericis simul ambulantibus, & alios duos non gravari, sed mandatarium sine mandato excedendo capiat alios duos, utiq; mans

Quartò, homicidium tunc demum imputatur operam rei illicitæ, quando actus ille est ordinatus de sui natura ad homicidium subsequutum. Ita procedit textus in cap. ult. de homicid. in quo disponitur ut mandans aliquè vulnerari sit irregularis, si vulneratus intereat: erant enim vulnera directè ordinata in mortem illius, & ille debuit cogitare hoc evenire posse, cum ut plurimū ex vulneribus mors sequatur, Franc. & ceteri in d. cap. ult. ut dixi supra num. 3. & latius in cap. De cetero, num. 12. & seq. sup. eod. Unde secus est in casu nostro ex quo mandatum ut Titius occideretur, non erat de sui natura ordinatum ad homicidium alterius, nec frequenter solet evenire ut loco unius interficiatur. Cepoll. in terminis nostris in cons. 33. n. 19. v. Nec obstat.

Quintò, in fortiori casu respondet Cepoll. d. cons. 33. cum quis intendens occidere Sempronium, occidit Cajum, esse homicidium culpolum, & non dolosum, & per consequens non voluntarium, cum dolus ex voluntate, & animo proficiscatur; & ideo ibi infertur cum non possit puniri pena mortis, aut corporali, sed tantum arbitraria pro modo culpe. Sextò, mors personæ præter intentionem mandantis illata non potest dici mandante, nisi per accidens volita, ut pote qui non huius, sed Joannis solius intendebat mortem, & dum famulo designavit Joannem occidendum, utique videtur tacite mandasse, ne alium quempiam ne caret, arg. l. Cum Prætor. ff. de iudic. c. Nome. de præsumpt. præsertim cum versetur in delictis, & materia penali, adeo ut non videantur comprehensivi, nisi expressi, argum. l. Si Prætor. ff. Qui in fraudem Creditorum, l. Creditor, §. Lucius, in fin. & l. Diligenter, §. si manl. Septimo, confirmatur prædicta conclusio per textum ad hoc notabilem in l. At. Prætor. §. Ita demum, & l. Si quis cum haberet, ff. Quo in fraud. credit. ubi quamvis fraudandi creditum, testamento dat libertatem directam servo suo, nihil facit si verè creditor remanet læsus; si ergo modo me id fecisse animo fraudandi Titium creditorem meum, & postea factum esse ut dicta manumissio cessarit non in fraudem Titij, cui solus iure crediti, sed in damnum Mevij, cuius crediti mei post testamentum meum causati Respondet Jurisconsultus dationem directæ libertatis non annullari. Ratio est, inquit, quia ad hoc ut libertas rescindatur, utrumq; in eadem personam exigitur, consilium inquam, & eventus. Ergo & in casu nostro, in quo ut dictum est in secunda suppositione requiritur non solum voluntas, sed etiam factum, non sufficit ut mandatum quis dederit in injuriam, & damnum Joannis quando damnium non in personam Joannis, sed alterius subsecutum est. Unde ex neutra dictarum personarum incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario: non ex persona Joannis, quia ipse non fuit læsus, non ex persona tertij, quia in eura intentio non fuit directæ.

Octavò adducitur Plov. de irreg. reg. 27. ubi c. ferendo Jo. de Deo decidit, ut si quasi mandet capi unum ex tribus Clericis simul ambulantibus, & alios duos non gravari, sed mandatarium sine mandato excedendo capiat alios duos, utiq; mans

dans non sit excommunicatus. Ratio est, qui cap-
tura facta est contra ejus voluntatem, & inde in-
fert a simili ad irregularitatem ex homicidio, quae
non incurritur, nisi homo actu occidatur; & sic
non sufficit mandatum occidere, nisi occi-
dat quem mandans designavit.

65 Nono, ad idem adducitur Innocent. hic num. 8.
& Jo. Andr. num. 3. vers. Quid si Titius, & Specul.
in tit. de leg. seu de dispensat. §. l. uos a num. 43. ubi con-
cludunt si consulo tibi ut talem tuum inimicum
occidas; si dum aggredieris, tunc occideris; e-
go non sum irregularis, quia etsi consilium fuerit
malum, tamen non erat in mortem occisi, Ergo
idem erit in casu nostro.

Non obstat quod Jo. Andr. in cap. sin. per illum
textum in per. Occidat, de homicid. lib. 6. Butr. & alii
hic dicant imò hunc esse irregularem; Siquidem
hoc ita asserunt, ut offendant eundem voluntario
irregularem non autem ex homicidio voluntario
irregularem esse; jant enim idem esse irregula-
rem quia fuit in culpa, & non praevidit quod po-
terat sequi.

66 Decimo, adducitur Angel. ad Bart. in l. Respic-
endum §. Delinquunt, ff. de pen. Nam cum Bartol. ibi
dixisset poena ordinaria puniendum esse qui vo-
lens percutere Titium, percussit Mavium; addit
ibi Angel. de Peris. iura adducta per Bart. id non
probare, & talem non teneri actione injuriarum,
quia cessat intentio injuriandi sed teneri aequita
propter culpam, & puniendum esse arbitrio ju-
dicis ut de delicto casu commissio. Et cum An-
gelo tenent alij, DD. Et quamvis sentiant aliqui
cum Bart. tamen non probant homicidium fuisse
voluntarium.

67 Postremo adducitur Aretinus conf. 147. quem
refert. & sequitur Felin. in tract. quando conatus, col.
fin. vers. Ex his, qui tenet statutum puniens homi-
cidium voluntarium non comprehendere illum,
qui animo occidendi armato pugno adversarium,
ita percussit, ut ceciderit in terram. Unde evenit
ut cadendo alliserit ad petram, & ex dicta collisione
reparaverit. Rationem adducit; nam cum
statutum duo requirat animum inique occiden-
di, & occisionem ex intentione sequuta, & in hoc
casu mors sequuta fuerit non ex facto per delin-
quentem electa, sed ex collisione praedicta non
per ipsum electa, sed quae casu accidit: statuti
verba hunc non comprehendunt. Quae ratio
multo magis videtur consentire casui nostro
ad reprobandum hunc mandatorum non posse di-
ci irregulare ratione voluntariae mortis tertii, qui
contra illius voluntatem fuit, non ab ipso man-
dante, sed per accidens loco alterius interfectus.

68 Nec obstat si dicatur errorem praedictum nihil
iniungere de culpa homicidij, nec de poena irre-
gularitatis, cum versetur circa qualitatem, quae ad
propositum nostrum sit impertinens, eo quod sive
hic, sive ille homo occidatur, modo occidatur
homo, semper eadem incurritur irregularitas ex
doctrina D. Thomae 1. 2. quaest. 76. art. 3. & ibi Ca-
jetan. adeo ut dictus error quo ad praedictos effe-
ctus non cauet involuntarium: nam argumentum
procedit respectu ipsius mandagarij, qui non er-
raverit in corpore occisi; imò in individuo eun-
demmet voluit interimere, & teremit; sed tan-
tum erravit in qualitate impertinenti; de quo est
69 text. ad id notabilis in l. Eun. qui, §. Si iniuria, ff.
de iniur. ibi, Si quis putet me Lucium Titium ef-

se; Cum enim Cajus Sejus, praevaleat quod principa-
le est injuriam eum mihi facere velle; certus enim
sum Ego, licet ille putet me alium esse, quam
sim. Secus autem esse respectu mandantis, qui
non erravit in qualitate personae, sed erravit in
corpore dum eum voluit ut una persona, unum
corpus occideretur, alia persona, seu aliud corpus,
in quod nullo modo mandans consenserat, occi-
sum fuit; & sic ex quo mandans nullo modo vo-
luit, ut illud corpus laederetur, non potest dici vo-
luntarie in illud consensisse; idem arg. ejus textus
à cessante ratione inferitur, ut injuriam actione
neque ratione illius corporis laesi teneatur. Ar-
gumentum autem contrarium procederet, si mā-
dans viis persona Seji amici, putansque eum esse
Titium inimicum, mandasset servo ut dictam per-
sonam ad oculum designatam occideret, quia tunc
mandans voluntarie, & directe consensisset in ne-
ce dictae personae; nec excusaretur ex eo quod ip-
se errasset in qualitate amici, vel inimici, eo quod
dicta qualitas nec auget, nec minuat homicidium
nec reddat illud involuntarium. Et eodem
modo respondetur ad illud, quod deduci solet ex
glof. cap. Si verbi, ff. de senten. excomm., vide-
licet qui volens percutere Titium Clericum, per-
cussit Sejum, ut idem Clericum, non evitat excom-
municationem.

70 Pariter nec obstat textus in l. Scientiam, §. ult.
ad l. Aquil. ibi, sed si defendendi mei causa lapidem
in adversarium misero, & non eum, sed praeter-
euntem percussero, l. Aquila tenebor: nam praeter-
quam quod hoc exemplum in aliis terminis pro-
ponitur, quam sit casus, de quo dicitur; est
dictus error non impedit quominus lesus l. Aquila
repetat suum damnnum non tamen inde sequitur
percuti. Quod si adhuc urgeatur, Canonem in-
de irregularitatis poenam non contra occidentes
Sejum, vel Titium, sed contra occidentes
hominem quicumque ille sit, etiamsi sit infidelis,
c. Clericum qui paganos dist. 50. & dictum est supra
num. 51. Et proinde sufficeretur mandando volun-
tarie hominem in genere occidi, sicut & occisus fuit:
Respondemus hic adesse fallaciam; nam cum
mandat quis hominem in genere occidi, utique
voluntate consensit in quodcumque individuum
sub specie comprehensum. Unde quodcumque
individuum occiditur, persona ab eodem man-
dante notitia dicitur occisa, & ita eadem ad volun-
tarium homicidium imputabitur, veluti si manda-
vero alicui: Accede ad talem rixam, & interice
adversarios; quia tunc voluntas mea complectitur
singulas personas in dicta rixa existentes. At
in casu nostro mandans determinavit voluntate
suam ad hanc personam particularem Joannis.
Ergo si occidatur alia persona, non poterit dici
occisa persona à mandante intenta, & volita. Ar-
gumentum autem fortasse procederet, si domingus
dixisset famulo haec, & similia verba. Quidam
Joannes mihi intulit injuriam, vade inquire de
illo, & reperit occide, quia tunc si famulus reperit

ho-

hominem Sejo, & credens illum esse Joannem, eun-
dem occidisset, forte posset dici mortem Joannis
aliquo modo ab haec voluntarie intentam, & per-
inde esse, ac si ipsemet mandans viso Sejo, putans
eum esse Joannem, illaque personam in indi-
viduo offendens famulo, eidem dixisset, occide
talem personam; quia tunc ut dixi dictus haereticus
consensisset voluntarie in occisionem talis cor-
poris, quem hominem esse non ignorabat; unde
irregularitatem ex homicidio voluntario incur-
risset.

Non obstat doctrina Covarr. in Clem. unice
homicid. par. 2. §. 1. num. 2. Nam illius rationes non
videntur concludentes, eique videtur repugna-
re doctrina Navarri ejus Praeceptoris in dicto
cap. 27. num. 240. Quamobrem videtur posse tunc
responderi praedictum P. non incidisse in irregu-
laritatem, quae contrahitur ex homicidio volun-
tario.

Et hanc sententiam alias probavit S. Congre-
gatio Concilij: nam proposito dubio an man-
dans committi homicidium in personam unius,
si sequatur in personam alterius, intelligatur inci-
dere in irregularitatem, quae contrahitur ex ho-
micidio voluntario, adeo ut super eo nec dispen-
sari debeat, iuxta cap. 7. sess. 14. nec Episcopus pos-
sit ex cap. 6. sess. 24. quamvis homicidium occultum
sit: Die 9. Januarij 1587. S. Congregatio conce-
dit non incidisse in irregularitatem, quae contra-
hitur ex homicidio voluntario.

DE HOMICIDIO.

Cap. Significasti, il se-
condo.

S V M M A R I V M.
Irregularis censetur percussus, de cuius vulnere an
fuerit lethale, vel ne, sciri non potest, si percussus
ab eo, vel ab alijs occisus extiterit.

Lex promotionis censetur non solum in promotione ad
Ordinem, sed etiam in Ordinis executione.
Pater tutor in dubio est tenenda etiam extra materiam
irregularitatis.

SIGNIFICASTI, il secundo. Irregularis
censetur qui alium lethalter percussit, si-
cet ab alijs fuerit extinctus: idem si non
apparet, an lethalter, si etiam percussus
ab alijs obiit, & non apparet ex cuius vulnere de-
cesserit: idem est si percussit non lethalter, si
animum occidendi habuit, & ex aliorum vulne-
ribus percussus exspiravit. Hoc dicit notabiliter
secundum Abbatem. Sed Jo. Andr. cum quo ex-
teri concordant, sommat sic. Quo ad legem pro-
motionis habetur percussus in homicida, de eu-
sus vulnere an fuerit lethale, vel non, sciri non po-
test, si percussus ab eo, vel ab alijs occisus exte-
rit. Communis divisio; secunda ibi, Non in praemis-
so: qui distinguit, & primum membrum profe-
quitur, ibi, & quidem; secundum ibi, quod si. Addit
Joan. Andr. se ideo dixisse de lege promotionis,
quia lex illa constat non solum in promotione ad
Ordinem, sed etiam in Ordinis executione, ad
quem quis jam est promotus, & quod impedit
secundum, fortius primum, ut cap. Quem ad modum,
de iur. iur.

Prosp. Fagn. in 1. par. 5. lib. Decretal.

In textu ibi, quod si discerni non possit, Nota cum
veritur in dubio an ex homicidio fuerit con-
tracta irregularitas, vel non, debere quem repu-
tare se irregularem, & abstinere à ministerio Al-
taris, quamvis reuera homicidium non commise-
rit, et in littera. Et pondera rationem in decisio-
ne expressam, ibi: cum cessare sit tutius, quam temere
celebrare, pro eo, quod in altero nullum, in reliquo verè
magnum periculum timeatur. Quae ratio periculi
tamquam generalis, & expressa in littera ostendit
dispositionem specialem ad omnes materias, in
quibus illa ratio viget, ut est casus in l. Regula, §.
fin. ubi Bart. & Bald. notant, ff. de irr. & sat. ignor.
Et quamvis textus proponat actionem de
Presbytero irregulari, ex vulnere illato, & homi-
cidio subsécuto: tamen hoc ideo facit, quia casus
ita contingit in facto, sicut moris est in Decretali-
bus. Sed non propterea arctare voluit regulam
de tutiori parte in dubio eligenda ad solam ma-
teriam irregularitatis: nam si hoc facere volu-
isset, potius debuisset dicere hoc statutum fuisse in
odium homicidij, & specialem indecentiam exer-
cendi Ordines cum dubio irregularitatis. Quod
tamen non fecit, imò fundavit decisionem in illo
universali principio, quod inter duo extrema in
dubio illud sit eligendum, in quo nullum timeatur
periculum. Unde iure optimo ex hoc textu ge-
neralem regulam, quod in dubijs sequi debeamus
partem tutiorem, eliciunt Hostien. nu. 9. 10. &
15. in fin. & Marian. Socin. num. 4. & in cap. Ad au-
dientiam, sup. eod. idem Host. num. 3. in fin. & num. 4.
Butr. num. 2. Abb. eodem num. vers. Aut agitur in foro
penitentia, Joan. de Anan. num. 1. vers. Aut agitur,
Marian. S. cin. num. 4. 18. 19. & 20. & Felin. Quod
est contra modernos Theologos, qui dicunt praec-
eptum hoc de tutiori parte eligenda non habere
locum nisi in dubio irregularitatis; quorum sen-
tentiam latius confutavimus in repetitione
cap. Ne imitari, num. 220. sup. de Constit. ubi etiam
tolluntur aliae oppositiones nostro saeculo subil-
liter excogitatae ad hanc regulam evitandam à n.
172. usq. ad n. 225.

DE HOMICID.

Cap. Tua nos.

S V M M A R I V M.

Religiosus chirurgiam exercens, si ex ea mors se-
quitur, irregularis est.
Irregularis non est qui iudici seculari dedit in-
ter signa furti, à quo fuit vulneratus.

TUA NOS. Monachus chirurgiam ex-
ercens, si ex ea mors sequitur, irregu-
laris est, etiamsi sit peritus, & diligens, &
hoc fuerit pietatis causa: sed cum eo
post satisfactionem misericorditer dispensari po-
test. Hoc primo. Qui iudici seculari dedit inter-
signa furti, à quo fuit vulneratus, irregularis non
est, licet ille postmodum occidatur. Hoc dicit se-
cundo Joann. Andr. Butr. Card. Anchar. Abb. Jo-
an. de Anan. & Marian. Socin. secunda pars, ibi,
ad ultimum, & subdivisio patet, secunda ibi, Nos igitur
171.

O a Pro

Pro intelligentia hujus Decretalis vide quod dixi in cap. Ad audientiam nu. 38. 40. & 41. supra eodem.

DE HOMICIDIO.

Cap. Petitio.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus pugnant etiam contra Saracenos irregularis est si aliquem illorum occiderit, & in dubio abstinebit.
- 2 Irregularitas an contrahatur ex homicidio, vel mutilatione pro necessaria defensione patrie, vel parentum, ibid. & n. seq. usque in fin.
- 3 Clerici in bello iusto possunt adesse, & hortari, sed non propria manu pugnare.
- 4 Clerici in bello iusto possunt deferre arma defensiva tantum.
- 5 Papa an possit Clerico concedere ut ipsi manu propria possint hominem occidere.
- 6 Irregularitas ex occasione, vel mutilatione ad sui defensionem quando incurritur, ibid.
- 7 Necessitas inevitabilis ad evitandam irregularitatem quando dicatur.
- 8 Clericum interficere ob necessariam proximi defensionem non est excommunicatum.
- 9 Irregularitas contrahitur etiam ex merito.
- 10 Excommunicatio non incurritur sine peccato mortali.
- 11 Patrie, & parentum defensio est de iure natura.
- 12 Irregularitas contrahitur ex homicidio patrato ob necessariam honoris defensionem.
- 13 Testes etiam coacti in causa criminali sunt irregulares, si inde sequatur mors, aut mutilatio.
- 14 Irregularitas contrahitur ex sol. presentia in homicidio ab alijs patrato in bello iniusto si secus si bellum sit iustum.
- 15 Intellectus cap. Sicut dignum, §. fin. de homicid. Irregularis est Clericus qui in bello iniusto auxilium, vel consilium dedit, vel culpabilis, aut negligens fuit, si inde sequatur sit mors ibidem.
- 16 Irregularis non est qui interest bello iniusto ad evitandam pacem, licet ex illius presentia robur accrescat suis, & timor adversarij, dummodo absit dolus.
- 17 Clericus in bello iniusto ex percussione etiam cum sanguinis effusione contra mortem non fit irregularis, licet per alios sequatur fuerit mors.
- 18 Dispensari potest cum ecclesiasticis irregularibus ex homicidio ob necessariam patrie, vel parentum defensionem.
- 19 Tridentinum Concilium cap. 7. sess. 14. de regula Dispensationem prohibente excipit homicidium ad sui defensionem comprehendit etiam homicidium ad defensionem parentum, ibid.

PETITIO. Clericus pugnant etiam contra Saracenos irregularis est, si aliquem illorum occiderit, & in dubio abstinebit. Hoc dicit secundum Jo. Andr. Butr. Cardin. & Anchar. vel secundum Abb. Clericus pugnando etiam contra inimicos Fidei Catholice si quemquam per-

cussit, & de interfectione ipsum remordet conscientia, a ministerio Altaris abstinere debet. Communis divisio. Secunda ibi. Mandamus. In Regno Portugallie quamplurima loca maritima sunt subiecta Maurorum, B. ravorum, & aliorum hereticorum incurtionibus, & quandoque illis in ea irruentibus contingunt diversa damna, & infortunia nempe viros, & mulieres abduci, virgines deflorari, templa devotari, & alia id generis mala.

QUERITUR, Anstante evidente necessitate huiusmodi ecclesiastici pro patrie, & parentum defensione, quin etiam Ecclesiarum, & Monasteriorum possint contra predictos hereticos arma capere, & vim vi repellere absque irregularitatis incuria.

Hanc questionem videtur decidere hęc Decretalis ubi Honorius III. reberit Pelagio Presbytero bis verbis: [Petitio tua nobis exhibita continebat, quod cum inimici Domini ex Crucis, ac blasphemii nominis Christiani castrum quoddam in quo morabaris graviter invasissent, exunitibus inde habitatoribus tam Clericis, quam laicis contra eos, ac invicem consilientibus hinc inde occisi quamplurimi extiterunt: unde tu pro eo quod aliquos percussisti irregularitatem metuas incurrisse mandamus quatenus si de interfectione iniqua in illo conflictu tua conscientia te remordet a ministerio Altaris abstinere reverenter, cum sit consuetus in huiusmodi dubio abstinere, quam remere celebrare.] Hic enim agebatur de necessaria patrie defensione, eum hostes castrum graviter invasissent, & tamen decidit Pelagium Presbyterum esse irregularem si eum remordet conscientia quod in conflictu aliquem interfecerit.

Ratio est, quia etsi Clerici alios possint hortari ad pugnam in bello iusto contra hostes, capitulum, cap. Hortatu. cap. Omni timore, cap. Pridem. 22. ju. ult. cap. Dominus. 23. qu. 2. & cap. Habrianus, dist. 63. in propria tamen pugnare non possunt, cap. Quicumque, & cap. Clerici. 23. q. ult. ultimo, quandoquidem eorum officium reddit eos inhabiles ad pugnam, cap. Ex multis, ad fin. de voto, glof. hic in ver. Remordet.

Unde D. Thom. 2. 2. q. 40. art. 2. ad secundum: (Dicendum est, inquit, quod Prelati, & Clerici ex auctoritate superioris possunt interesse bellis, non quidem ut ipsi propria manu pugnent, sed ut iuste pugnantes spiritualiter subveniant suis exhortationibus, & absolutionibus, sicut & in veteri lege mandabatur: Ioseph & quod sacerdotes sacris buccinis in bellis clangent. Et ad hoc primo fuit concessum quod Episcopi, vel Clerici ad bella procederent: quod autem aliqui propria manu pugnent, abusio est.)

Et Butr. bic. 4. (Clerici hortatu adesse possunt bellis hortando ad bellum iustum, sed non in propria persona pugnando, quia officium ad hoc eos inhabiles reddit: & licet quidam dicant Clericos in minoribus posse ferre arma, dicendum est contrarium, nisi causa defensionis ut clypeum, vel loriam, vel niu ad tertorem, ut in obsidione.) Hęc Butrius.

Et Bald. cons. 439. ad bellum iniustum, volum. 5. Inter quinque requisita ad hoc ut bellum sit iustum primo loco recenset ut persona sit secularis: non autem ecclesiastica, cui pugnare non licet, nisi ob inevitabilem necessitatem, & n. 2. duplicem reddi;

reddit rationem secundum B. Thomam (quia, inquit, ars bellica, & bellorum strepitus retrahit Clericos a laude Dei, oratione, & divinis officijs.) Secunda propter effusionem sanguinis, quia exemplo Christi debent potius pati suum sanguinem effundi, quam effundere alienum, & propter hoc est institutum ut effundentes sanguinem sunt irregulares, sicut scriptum est de David; Non adificabo mihi templum quia vir sanguinis es. Hęc Bald. qui n. 4. amplius affirmat nec Papam posse Clericis concedere, ut ipsi manu propria possint hominem occidere. Quę sententia satis etiam probatur in Clem. Si furiosus, de homicid. ubi solum excipitur ab incurfu irregularitatis ex mutilatione, vel occasione qui mortem aliter vitare non valens suum occidit, vel mutilat invasorem, ubi glof. penul. ponderando illud verbum, suum, hęc littera, inquit, innuit, secus in illo, qui occidit volentem occidere patrem, liliam, conjugem, vel personam conjunctam, quam aliter vitare non poterat: quod verum puto quasi casus ille non includatur sub necessitate in evitabili: quę quidē glossa recipitur ferē ab omnibus, ut testatur Navarr. cap. 27. n. 213. quidem putat in casu, in quo quis deformat aliquem ob necessariam patrie defensionem, itat nisi illi faceret, civitas obsessa caperetur, idemque censent B. non. 2. 2. q. 4. n. 2. dub. 41. vers. in huius rei expositione, & C. j. ibid. & cum verbis Clementine concordat decretum Con. lili Tridentini in cap. 7. sess. 14. ubi, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet. Et quoniam Concilium supponat irregularitatem dum dicit iure quodammodo esse debitam dispensationem; hoc tamen dicendum est procedere cum necessitas non est omnino inevitabilis, aut cum excedit moderatam inculpate tutelę, iuxta terminos cap. Significasti, in secunda supra eod. alias enim nulla incurritur irregularitas, ut in dicta Clem.

Non obstat quod Abb. hic n. 2. videatur sentire hunc textum non habere locum si necesse sit esse omnino inevitabilis: ait enim in 2. notab. licet ergo Clericus possit interficere ad detinendam suam, quando non potest aliter evitare mortem, ut in Clem. Si furiosus, de homicid. secus quando invaditur tota terra, quia per alios potest repelli iniuria; unde tunc necessitas non est omnino inevitabilis.

Hoc inquam non obstat, quia Abb. tunc demum sentit necessitatem censeri inevitabilem, cum deficiat laici, qui civitatem obsessam custodiant; quo casu res non versatur in puris terminis merę defensionis patrie, sed red ducitur ad terminos d. Clem. Si furiosus, id est defensionis proprię per ionę cuiusque Clerici: unde non mirum si irregularitas non incurritur: quod bene declarat hic Marian. Socin. notab. 4. dicens: (Nota primò quod Clericus est prohibitus pugnare etiam cum iniudeibus non solum eos aut eorum terras invadendo, sed etiam proprias terras defendendo ab invadentibus infidelium: quod intelligitur quando terra esset munita alijs hominibus, qui possent illam defendere: alias secus si posset esse timor rerum, & personarum) & idem doc. n. in cap. Ad audientiam, nu. 37. supra eod. ubi ait: (Si bellum sit iustum, dic quod aut est necessarium pro defensione personarum, aut rerum; si personarum nullo modo est irregularis, & hoc casu etiam proprio facto

prosp. Fagn. in 1. par. 5. lib. Decretal.

committens homicidium non est irregularis (Ergo non efficitur irregularis ille qui tenetur defendere si prestat auxilium; & in hunc sensum acceptus est Covarr. dum loquitur de necessitate omnino inevitabili eversionis patrie ab hostibus, in dicta Clem. Si furiosus, in 2. par. relict. §. 3. n. 2.)

Rursus non obstat quod Fortunius, quem alij plures sequuntur in l. vi. ff. de iust. & iur. col. 9. contrarium sentit: si quidem movetur ea ratione, quod non incurrit excommunicationem qui percussit Clericum ob necessariam proximi defensionem, secundum doctrinam Innocentij communiter receptam in cap. Si verò, de sent. excom. cum liceat, imò quandoque oportet proximum defendere, cap. Dilecto, de sent. excom. in 6. & cap. Quanta infra eod. tit. Quam tamen rationem frivolam esse in proprijs terminis ostendit glof. in d. Clem. Si furiosus, in ver. suum; quia irregularitas contrahitur sine culpa, etiam ex merito, ut in iudice iuste occidente, cap. 1. §. 1. dist. 8. & notatur in cap. Inter opera, de sponsal. & docet D. Thom. in 3. 2. q. 9. art. 2. excommunicationem, imò oportet ut precedat diaboli a suo circa Clericum percutiendum, c. Si quis suadente, 17. qu. 4. & non incurritur ab illo peccato mortali, c. Nemo Episcopus, ad cau. & quęst. Navar. in Man. cap. 27. n. 213. ubi propterea refellit opinionem Fortunij: & hęc est communis opinio, & alij relict. testatur Marian. Socin. in cap. ad audientiam, nu. 169. supra eod.

Non obstat item, quod absurdum videatur, ut quis incidat in irregularitatem ob necessariam patrie, aut parentum defensionem, ad quam tenetur de iure natura, seu de iure gentium, l. 1. §. ius gentium, ff. de iust. & iur. adeo ut peccarent non faciendo, cap. Fortitudo, cap. Non in inferenda, cap. Qui potest, & per totam, 2. 2. q. 3. cap. De occidendo, 2. 2. q. 5. Sylvest. in ver. Bellum, §. 2.

Respondetur eum eadem obligatione unumquodque teneri ad defensionem proprij honoris, & famę, cap. Non sunt audiendi, 1. 1. q. 3. ubi quędam contemunt non solum impudentes, sed & crudeliter appellantur: & tamen hoc casu cum, qui occidit, vel mutilat absolutum est in irregularitatem incidere, & contrarium asserere, ut ait Navar. loc. cit. esset mille decisiones in theoria, & praxi receptas sine ratione sufficiens mutare, & contra textum ferē expressum in d. Clem. ubi glof. recepta ferē per omnes hoc tenet. Etodem modo videmus testes in certis casibus compelli posse in criminalibus etiam per censuras ecclesiasticas ad testimonium ferendum, itat propterea peccent, si examen detrecent, cap. Super eo, secundum communem intellectum, & c. seq. de testib. rogę, & tamen ex huiusmodi examine contrahunt irregularitatem si sequatur mors, aut mutilatio, Navar. in man. c. 27. de irreg. n. 212. & generaliter imperium, aut iustum superioris non excusare ab irregularitate habetur in cap. Aliquantos ibi, Quis dum parent potestatis, quę sibi sunt imperia, secernunt, §. 1. dist.

Cum ergo regula sit quod irregularis efficiatur qui aliquem interficit, aut mutilat, nec ab hac regula reperiantur excepti nisi casus furiosi, infantis, seu dormientis, & illius qui mortem aliter vitare non valens suum occidit, vel mutilat invasorem, ut in d. Clem. Stabinius regule, quam diu non probatur exceptio, glof. in c. Inter hac, infra. 3.

g.2. notatur in l. i. ff. de reg. iur. Quamobrem ut concludamus, cum in proposito duo quarantur, videlicet, An ecclesiastici possint arma capere pro patria, & parentum defensione; & an propterea incidant in irregularitatem.

Quoad primum videtur respondendum, ecclesiasticos licet adesse, & hortari ad eum modum, quo S. Thomas declarat ubi supra, sed non pugnare manu propria, ut per Abb. Hen. 3. & est text. in d. c. Ex nulla, s. fin. de Voto

11 Quo vero ad secundum, si aliquem percusserint licet male fecerint percutiendo, si homicidij, aut mutilationis conscientia eos non remordeat, non incidunt in irregularitatem, Casus est ad litteram in hac Decretali, qui non habetur abbi ita clarè, ut dicit Abb. in fine: nam Papa hic consultus de percussione, respondet de interfectione, per hoc insinuans Clericum non esse irregularem ex eo quod aliquos percussit, nisi ex illa percussione aliquis mortuus fuerit, ut hic ponderant Innoc. in princ. Host. n. i. ver. Si interfectione, Butr. n. 2. Anchar. & Abb. ambo n. 3.

12 Neque obstat text. in c. Sicut dignum, s. fin. supra eod. quia procedit tantum in bello iniusto, in quo ex solo consilio, vel presentia armata contrahitur irregularitas securo homicidio per alios, secundum Abb. hic n. 3. ver. Sed contra hoc fortiter oppono, Quod fufius explicat Innocent. in princ. dicens: In bello iniusto quando cumque auxilium, vel consilium Clericus dedit in mortem alterius, vel si culpabilis, aut negligens fuerit, & ex hoc sequuta sit mors, irregularis est: cap. Quantum, cap. Sape, & cap. Si duo, dist. Unde si euntes ad bellum iniustum favorem praestent suis, qui propterea fecerunt laudant inimicos, aut terrorem incitant adversariis a hoc ut fugiant, vel non audeant se defendere, si exinde mors sequuta sit, irregularis sunt Verum si quis ad iniustum bellum iret causa pacificandi, vel aliam ex iusta causa, non creditur huic imputandum, si eius praesentia aliquid robari accrescat suis, vel timor adversariis, dummodo dolus omnino absit. Ita Innocentius dicens hoc probari a contrario sensu in cap. Quantum, 50. dist. & ei subscribunt Host. Butr. & alii proxime citati.

13 At verò si bellum sit iustum, ut in casu huius cap. in quo pugnabatur contra infideles, tunc ex sola percussione etiam cum sanguinis effusione Clerici non incurrant irregularitatem, nisi propria manu occidant, aut mutilent, sicut per alios sequuta fuerit mors, aut mutilatio, secundum omnes. Sin autem in conflictu non solum percusserint, sed etiam occiderint, aut mutilaverint, ut cumque bellum sit iustum, sententiæ sunt irregularitatem contraxisse in proposito facti specie, quia necessitas non est inevitabilis ad eum modum, quo requirunt Doctores ad irregularitatem incurrendam; nimirum quia non desunt laici, qui possint vim hostium propulsare, secundum Abb. nu. 2. & Socium notab.

14 Neque verò habenda est ratio Suarez tom. 5. de censur. disp. 47. sect. 6. n. 2. & Sayc lib. 6. de censur. c. 19. n. 5. & aliorum recentiorum: nam cum alferunt ex homicidio ob necessariam patriæ, & parentum defensionem non contrahi irregularitatem; aut loquantur in casu, in quo deficient laici, qui possint vim hostium repellere, & admit-

ti potest eorum sententia, quia agitur etiam de propria defensione personarum iuxta terminos d. Clem. Si furiosus, de homicid. aut loquantur in casu, in quo laici non desunt: & tunc contra eos stat hæc Decretalis, doctrina D. Thomæ, & unanimis Canonistarum sententia.

Itaque hoc casu, in quo supponuntur adesse etiam laici, qui possint hostium injurias propulsare, posset Sanctissimus D. N. ut conscientie ecclesiasticorum consultum sit, impertiri facultatem Col. letrori Portugalliae ad tempus Sanctitati suæ benè visum dispensandi ab irregularitate cum ecclesiasticis, qui in casu inevitabilis necessitatis, infideles, vel hæreticos, defendendo patriam, occiderunt, vel mutilarunt: quoniam enim irregularitas est dispensabilis ad instar illius, quæ contrahitur ex homicidio ob necessariam parentum defensionem, ut in subiecta declaratione S. Congregationis Concilij, videlicet, An Concilium c. 7. sess. 24. dum agit de repellendo vim vi a persona propria, ut irregularitas sit dispensabilis, habet etiam locum in persona patris. S. Congregatio censuit habere locum: nam permissio vim vi repellendi, & alium offendendi pro tutela sui corporis, iuxta l. vii. ff. de iust. & iur. habet locum etiam pro tutela patris, vel filij, mariti, vel uxoris, gloss. in dicta l. vii. vim. & est communis, ut ibi per Jaf. nu. 28. & licet gloss. in Clem. de homicid. dicat, quod Clem. volens eum, qui mortem aliter evadere non valens, suum occidit in favorem, non esse irregularem, non procedit in patre, & filio, sed tantum in ejusdem persona propria: & glossam sequuntur ibi Cardin. & Anchar. tamen illud est verum, quòd volumus excusare à contrahenda irregularitate: illa enim etiam sine culpa contrahitur, & ita dictum glossæ procedit in terminis d. Clem. In casu autem Concilij non agitur de excusando ne irregularitas contrahatur, sed de excusando, ut contrahatur irregularitas dispensabilis, quia vis vi repulsa est; & ideo in Concilio comprehenditur etiam persona patris.

DE HOMICID.

Cap. Quidam.

S Y M M A R I V M.

- 1 Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licite, nec fuit in culpa.
- 2 Irregularis an sit Clericus qui puerum per suam dedit in puteum, ad res quarandas; si puer disrupto fune decidens obierit, ibid. & nu. seqq. usq. in fin.
- 3 Actus illicitus quando dicitur.
- 4 Homicidium casuale quando imputetur danti operam rei licite.
- 5 Clericus vacans rei mechanicæ vel adificationis, an datur rei licite operam dare.
- 6 Clericus opus rurale permissum est.
- 7 Irregularis an sit qui in causa fuit, ut arissex per teatum incederet, si illi decidens obierit.
- 8 Irregularis non efficitur Clericus equitans, si equus disrupto freno hominem prætereuntem occiderit.
- 9 Casus non imputatur danti operam rei licite.
- 10 Irregularis an contrahatur ex levissima culpa.

Culpa

10 culpa levissima in committendo transit in culpam levem.

11 Culpa tunc abest si omnia facta sunt, quæ diligentissime quisque observaturus fuisset.

12 Homicidium imputatur Clerico ad irregularitatem si proveniat actus conservandi bona etiam extra praepositum.

QUIDAM. Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licite, nec fuit in culpa. Hoc dicit communis divisio. Secunda ibi, attendentes.

Nota summarium, cum quo concordat c. Joannes, supra eod. & Jo. Andr. Butr. Cardin. & omnes in princ.

Quidam Clericus adquirendam suppellectilem in puteum à fure projectam Puerum eo demisit ligatum unico fune grosso, ac novo, eumque appennum per funem sustentabat dum suppellectilem expiscaretur; tandem chorda, quæ ore putei refricabatur, dum puer extraheretur onustus, disrupta est, & puer decidens in aquam celi suffocatus. Queritur an homicidium, hoc, quod casuale est, atque omnino fortuitum, neque à Clerico voluntum, ipsi veniat imputandum, adeo ut in irregularitatem incidat.

Quæstio videtur in duobus articulis dividenda. Primus est, An Clericus secundum ea, quæ proponuntur, dederit operam rei licite, necne. Secundum, An fuerit in aliqua culpa, ita ut propterea irregularitatem contraxerit.

Quoad primum nonnulli opinati sunt eum dedisse operam rei licite, dum ipsemet fune suspensum hominem unà cum focis demisit in puteum, ac etiam tenuit: nam actus illicitus ille dicitur primo ratione periculi mortis, aut contractionis membri, quæ exinde possunt contingere, Covar. post alios in Clem. Si furiosus, de homicid. §. 4. 2. p. n. 10. per textum in cap. Tua nos, supra eodem, & cap. Sententiam sanguinis, Ne Cler. vel Monach. Deinde quia Clerici dignitati non convenit, dicto cap. Tua nos, & notat Abbas in c. Joannes nu. 1. supra eod. & in c. Multa, Ne Cler. vel Monach. post gloss. 4. in cap. Significantes, de appellat. tunc verò eventus ex actu illicito secundum hunc modum posterioriorem etiam præter intentionem contingens imputatur, si ille inventus per se ex illo opere consequatur, ut docet S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 8. Itaque patet homicidium casuale ad irregularitatem imputandum fore danti operam rei licite si is actus sit causa non admodum remota, tamen si causa propinqua, seu immediate inspicere solet, glossa in c. De cetero, supra eod. & Decius in Auth. Præterea, C. Unde vir, post Bart. in l. m. 24. ff. de arb. & oblit. aut quoties illicitum opus per te voluntum fuerit periculofolum ex natura sua, ut notat DD. in cap. ult. infra eod. lib. 6. & firmat Covar. loco citato, Alphonsus Castr. lib. 2. de potest. leg. par. c. 14. Domin. Sor. lib. 5. de iust. & iur. q. 1. art. 99.

Ceterum periculis visum est hunc Clericum non dedisse operam rei licite; tunc quia in cap. Ex situeris, ille secundo, supra eod. excusatur Monachus, qui opus mechanicum exercebat, quasi rem necessariam ageret, quem admodum & hic Clericus rem suam in puteum demerit, extrahere satagebat: tunc quia in hoc cap. Clericus danti operam adificationi dicitur rei licite operam dare: tunc quia bonorum suorum recuperatio nec suspente na-

tura mala est, nec Clericum dedecet, licet per alios quod opus externum fiat; neque enim vilior est operæ rurali, quod Clericis permissum est, iuxta notata in cap. Clericus iustum, 91. dist. & cap. Nungam de consecrat. dist. 5. & in cap. 1. de celebrat. missar. Tum demum quia Henricus, in summa lib. 14. cap. 15. ait eum, qui fuit in caulis, ut faber lignarius incederet per teatum, ut illud componeret, non esse irregularem si ille collapsus moriatur, dummodo sponte id operis assumpserit, & aliàs exercecere consueverit.

Itaque cum probabilius videatur hunc Clericum rei licite operam dedisse, secundum articulum superest examinandus, an scilicet in aliqua culpa sit eius homicidij, ovoid consecutum est: quidem non esse in culpa videtur suaderi primo, quia in cap. Dilectus, supra eod. quid simile contingisse videtur, dum ibi refertur disrupto freno, quo Clericus fessior equum cohibere nitabatur hominem prætereuntem interfectum fuisse; & nihilominus deciaitur irregularem factum non esse, quia nec operam rei licite dedit, nec ulla culpa præcessit. Quia vero glossa Bernardi ait ibi; Clericum equitantes in culpa non fuisse, quoniam fragilem frantum non adhibuerat, sed factis validum; pari ratione Clericus, de quo nunc agitur excusandus est, quandoquidem fune novo, ac satis firmo puerum colligavit, qui in puteum de missus est, nec tenebatur omnium firmissimum adhibere; secus fortasse se res haberet si parum diligenter devinctus ille fuisset, & obnoxius resolutionem in vitæ discrimen adductus fuisset, arg. l. Item quatuor, si gemma, ff. locati.

Deinde hoc ipsum suaderi potest ex cap. Joannes, supra eodem, ubi dicitur: Nos igitur attendentes, quod d. Sacerdoti, qui dabant operam rei licite, nihil potuit imputari, si casus omnes fortuitos non prævidit: & idem habetur in textu nostro ibi: Quis omnes casus fortuitos, qui prævideri non possunt, fortitan non prævidit. Ex his videtur, in ferri posse, ut eum hic Clericus daret operam rei licite, quamvis non prævidens, imò nec prævidere teneretur quoad postea consecutum est, ad irregularitatis nota liber habendus sit.

His tamen non obstantibus videtur respondendum prædictum Clericum esse irregularem: non melioret multos, qui opinionem Abbatis, qui in cap. Quæstio de pan. & remis n. 2. ait culpam levissimam non inducere irregularitatem, cui subscribit Navarrus ibidem, & alii citati à Covar. & ex recentioribus Henricus, Ceterum opposita sententia, quæ placuit glossæ secundæ in cap. Significantes, il primo, supra eodem, Hostien. & Jo. Andr. ibidem, juri valde consonam est, præsertim cum contrariæ opinionis Authores concedant culpam levissimam in committendo inducere irregularitatem, juxta cap. Consultus, 2. q. 5. propterea quod ea transit in culpam levem juxta gloss. 2. in l. Lege Cornelia, ff. Ad Syllan. eum itaque idem Clericus culpa non careat, tum quia firmiter funem adhibere debuit, arg. l. Si servus, §. si ex plastro, ff. Ad legem Aquil. tum quia pertrahens prævidere debuit eum, qui sursum trahebatur onustus, periculo obijci, ne disrupto fune laberetur, præsertim cum funis esset unicus, & ore putei refricaretur arg. l. Quod te, ff. de reb. cred. & l. Idem Iuris, ff. ad l. Aquil. & verò culpa tunc abest, ait Jurisconsultus in l. Si merces, ff. locati. §. Qui columnam, li

omnia